Tropologicæ, « furantur verba Dei » doctores et predicatores, qui sacra Scripturam docent: et predicant ad gloriam, non Dei, sed suam, quae impie vivunt, et populum scandalizant: de quibus Psalm, xlii, 15: « Peccatori autem dixit Deus: Quare tu euras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? » Ad que verba cum in coepione perveniant Origenes, mortis Presidi cesserat, et thus adoleverat ladi, repente conticuit, atque tantum ex imo corde genuitum et suspira edidit, ut omnes astantes ad lacrymas et plantum comoverint. Testis est Epiphanius in *Heresi Originistarum*.

31. *ECCE EGO AD PROPHETAS QUI ASUMMUNT LINGUAS SVAS*, — id est, qui linguum suum moderator et dirigunt, ut loquantur ea que lubent, queque gratis sunt populo. Nam veri Prophetas non moderator linguis suis, sed eam moderator Dominus, per easque loquitor que vult, quod illi prophetas sunt precones lingue sue vel verbis suis: at ego verique Del Prophete, sumus precones lingue et verbi Dei. Lyranus et Maldonatus pro suis vertunt, *coram scilicet verorum Propheturum*, q. d. Huius prophete fingunt se esse veros Prophetas, eorumque linguis suis, sibi arrogant, dientes: « Hec dicit Dominus, » sed mentituntur; *ea enim figura, non Dei oracula enuntiant.*

32. *IN MIRACULIS SVIS* — quae fingunt et jactant, v. g. se angelos videntur, cum Deo colloquent esse, daunos expulsi, leones claurasse, infirmos sanasse, etc.

33. *QUON AM EST ONUS DOMINI*. — Pro onus, hebrei est נְזֻבָּה massa, quod Aquila vertit, *pondus; Septuaginta, Synochmus et Theodotion, ὄφελος*, id est assumptio: ita vocatur propheta tristis et onerosa accepta et assumpta a Deo, que quasi onus grave peccatoribus incumbit. Unde Arabicus et Syrus verunt: *Et dicit: Quod est verbum Domini? die illis: Verbum Domini est, quod eradicabo vos.*

Secundo, S. Hieronymus נְזֻבָּה verit, *donum et nimus, q. d. Quid prospera queritis? indigni es, propheta bona, id est Dei donis et munieribus.*

Nota: Si pseudoprophetæ et plebs irridabant Jeremiam et Prophetas minantes supplicia; unde eis sic occurrerant, interrogabant per jocum: « Quod est onus Domini? » quod semper nobis occinit? id est, quid novi mali nobis rursum anentiat? quibus jubentibus respondet Jeremias: « Vos estis onus, » quasi dicas: *Ut quid vobis onus?* ut quid prophetæ minacem instar oneris vobis imponam? vos ipsi enim estis mihi onus grave et importabile, quod prouide decrevi humeri excutere, et plane abjecere. Alii vertunt: *Quod vobis onus? quibus respondet: Vos ipsi vobis estis onus, queque ac milii, ideoque vos ab-*

(1) Vers. 34: « Et propheta, et sacerdos et populus quid dicit: Onus Domini, visitabo super virum illum, » etc. Indigne ferens Jeremias quod per fidem homines formulam נְזֻבָּה in ludibrium et dersum verterebat, edicit nomine Dei, abstinentum esse posthac omnibus ab usi illius formulæ, atque scienciantes oracula divina, quibusnam verbi ut debent, prescribit. vers. 35.

(Rosenmuller.)

etiam. Jubet ergo Deus, ut hac oneris irisoria pharsi desescant, et alia potius utantur, dicentes modestie et humiliter: « Quid respondent Dominus? »

Vos estis onus, — q. d. Vos estis onus et quidem gravissimum, proper peccata vestra: unde amplius Deus non feret tantum onus; sed projicit et ejicit ex terra haec. Interrogationem ipsorum irrisoriam in ipsosmet serio retrorquet.

Notandum: Biblia Plantini, et alia plura hic habent: *Ut quid onus vobis?* quod sensum habet quemque palante a deo. Verum Septuaginta et S. Hieronymus et Biblio Romana legunt, « vos estis onus, » et ita legunt codices Ladi antiquiores, aliquique addunt, *importabile*, ut alludat ad nomen oneris, ejusque ambiguitate Deus ludat, cum nunc prophetiam, nunc oneris intolerabiles moras, vocatas. Unde sequitur: « Projiciam quippe vos: » et onus enim projiciamus, q. d. Exonerabo me vobis. Sic enim habent Hebrei, si easdem litteras aliter jungas, atque pro נְזֻבָּה et na-masse, legas נְזֻבָּה atten hamassa, id est vos estis onus: sieque omnino videntur legendum: nam aliqui incongrue articulus נְזֻבָּה et junguntur cum interrogativo נְזֻבָּה ma, uti nonunt Hebrei lingue perfici. Haec Maldonatus.

36. *QUA ONTS ERT UNICLUQUE SERMO SVUS* (1), — q. d. Propter sermonem suum, quia scilicet irritant onus Domini, gravissimas dabunt peinas, crantque oppribrium somptuorum; quia licet post 70 annos et captivitate aliqui redibunt, tamen hoc erit quasi alio seculo: aeternum enim hic, uti et ali, significat longum et immemorabile tempus.

Addit notam: hujus opprobrii mansisse etiam post redditum; nam infames erant tunc pseudoprophetæ et Judæi, qui credentes eorum falsam promissionem et paci, excidium incurserunt.

Genuinus ergo lotus hujus loci sensus est hic: Nolite amplius irrisoris interrogare Jeremiam dicens: « Quod est onus Domini? » Vos enim ipsi onus Domini grave, illudque aggravatis haec irrisione. Quocirca ego visitabo et puniam severe eum, qui deinceps prophetiam meam vocaverint: « onus. » Absinete ergo hoc joco et nomine, ac cum de prophetia scisciri volatis, nolite dicere: « Quod est onus Domini? » sed potius: Quid dixit, justus aut respondit Dominus? unde subdit vers. 36: « Et onus Domini ultra non memorabitur, » q. d. Nolite ultra memorari oneris et dicere: Quod est onus Domini? « quia, » si ultra nominaveritis onus, « onus erit unicluque sermo suus, sermo, » scilicet usurpans nomine « onus, » q. d. Onus ab ipso nominatum fiet ipsi onus, id est grave sup-

plicium et tormentum : et, id est quia, nominando hoc « onus, pervertitis, » id est in jocum, fabulas et nugas detorsistis, « verba Dei viventis, » itaque verba mea apud audientes non tantum odiosa et onerosa, sed et fabulosa et mendacia effectis et traduxistis.

Moraliter disce hic peccata, presertim contemptus et irrisio eius Sanctorum et rerum sacrarum, esse onera gravis Deo. Fert enim Deus et tolerat simul et semel continuo omnia omnium hominum acelbra. Hinc onera in se suscepit Christus, de quo cito Isaiae, cap. lxx, 4 et 6: « Vere languores nostros ipse uult, et dolores nostros ipsa portavit. » Et : « Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. » Disce ergo exemplo Dei et Christi, illud

Apostoli, Galat. cap. v: « Alter alterius onera portate, » ut et Deus onera tua portet.

39. TOLLAM VOS FORTANS, — q. d. Quia vos ride, dicit onus Domini, faciam ut vos sitis onus, quod ego tollam et efferae in Babylonem. Alii vertunt, obliviscar vos tollendo. Hebreum enim נִצְבָּא nasti, si a נַחַת nasa deducas, significat obliuisci, si a נַחַת nasa significat tollere, q. d. Quia vos obliuisci noluisti hujus verbi « onus Domini, » ut ego justaram; hinc ego obliuiscar vestri, et quasi onus tollam vos in Babylonem, ibique « derelinquam, » id est projiciam a facie mea, ut dixit vers. 33 in Hebreo est pulchra paronomasia per metathesin in נִצְבָּא nasti, id est tollam, et נַחַת nasta, id est derelinquam vos.

## CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Hic tertius liber oraculorum Jeremia incipit, qui complectitur prophetata post transmigrationem Jechoniam, sub Sedecia, per undecim annos. Hoc ergo capite Propheta videt duos corbes, unum ficuum optimarum, secundum pessimarum. Haec pessima significant Sedeciam cum suis, eo quod se Chaldeis, Deo per Jeremiah id jubente, tradere noluerint, perdendum : priores vero ficas optime significant, Hec cum suis, qui se Chaldeis Dei iussu trahiderant, prospere acturos, tum in Babylone, tum cum inde post septuaginta annos in patriam revertentur. Ita S. Hieronymus et Theodore, et palet vers. 5 et 8. In Babylone enim Eulymodach elevavit Joachin thronum regum supra alios reges, IV Reg. xxv, 28.

*Nota : Haec visio vel corporeae fuit, vel potius imaginaria. Ita S. Thomas et Hugo (t).*

1. Ostendit mihi Dominus : et ecce duo calathi pleni ficas, positi ante templum Domini ; postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babyloniam Jechoniam filium Joakim regem Iuda, et principes ejus, et fabrum, et inclusorem, de Jerusalem, et adduxit eos in Babylonem. 2. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficas esse primi temporis : et calathus unus ficus habebat malas nimis, quae comedi non poterant, eo quod essent malea. 3. Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides Jeremia ? Et dixi : Ficus, ficus bonas, bonas valde; et malas, malas valde, quae comedi non possunt, eo quod sint malea. 4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 5. Hec dicit Dominus Deus Israel : Sic ficas hec bona : sic cognoscet transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldaeorum, in bonum. 6. Et ponamus oculos meos super eos ad placandum, et reducam eos in terram hanc : et aedificabo eos, et non destruam. et plantabo eos, et non evellam. 7. Et dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum Dominus : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum : quia revertentur ad me in toto corde suo. 8. Et sicut ficas pessima, que comedi non possunt, eo quod sint malea : haec dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, et principes ejus, et reliquias de Jerusalem, qui reuanserunt in urbe hac, et qui habitant in terra Egypti. 9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terre; in opprobrium, et in parabolam, et in proverbiis, et in maledictionem in universis locis, ad quae ejeci eos. 10. Et mittam in eis gladium, et famem, et pestem ; donec consumantur de terra, quam dedi eis, et patribus eorum.

1. DUO CALATHI.—Symmachus, *āu cophint*; Vatablus, *duo corbes*; Pagninus, *duo canistri*, qui hec (t) Juxta divisionem quam supra statuimus, hoc capitulum ex secundo et duobus sermonibus post cap-

tabus, *duo corbes*; Pagninus, *duo canistri*, qui hec tivitatem alteram edidit, cuius synopsis optime exposuit Cornelio, nihil addendum judicamus.

et bracte vocantur כְּלֵי־דָּדָם : quia similes sunt uberibus; *dodain* enim sunt ubera.

40. POSUIT ANTE TEMPULM DOMINI. — Nota : Hi duo calathi erant ante templum; quis prior, continens bonas ficas, significabat populum Deo et Dei cultui conjunctum, et quasi domesticum, etiam eos qui iussi Dei in Babylonem captivi iterant, presentes esse Deo, illi esse in oculis et cura, atque per hanc tribulationem patientia fructum dulcem, quasi calore tribulationis decocatum, ac suavem Hebreo exhibere : calathus alter, continens ficas malas, significabat eos qui Hierosolymis mancabant Deo inobedientes, licet templo viciniores in delictis agerent, Deo invisos esse, et ab eo excedentes ab hunc inobedientiam.

Queres, cur per ficas intelligantur homines ? Respondet S. Augustinus, serm. 31 *De verbis Domini secundum Lucam*: Ab eo jam tempore, inquit, quo primus homo post peccatum foliis se ficiue texti, humaanum genus similitudinis cum fico induit cognitionem. Idcirco et S. Ambrosius, lib. *De Paradiso*, cap. xiii, ponderans quod Adam foliis ficus lumbos succinxit, mystice in posteros eius vestem peccatiem ex arbore fico transmisit, interpretatur, ut quasi fico, id est peccato induit, seu peccatores nascenter.

Sed cur haec ficas apparent Prophetate ante templum ? Respondet Antonius Fernandius, lib. *De Visione veteri, Testam. vision. 12*, ratione litteralem esse, quoniam in atrio templi varia genera fructum vendebant, ut populus haberet in promptu que offerat Domino, ante quem nemo vacuus apparet poterat, juxta legem Exodi xxxiii, 15. Magis propria ratio est, quod iudei omnem suam gloriam, robur et felicitatem tribuerent templo, quodque Sedecias cum suis nollet se tradere Chaldeis, ne hisce bonis templi se privaret: unde et Jechoniam, qui se cum suis trahiderat Chaldeis, irridebant, quasi extorquent et exsulem a templo, et consequenter a Deo, ut patet Ezech. xi, 15 et 16. Quocre deus ibidem hoc refelit, promittens se Jechoniam in Babyloniam fore in sanctificationem, id est in sanceturum, sive sanculum templum.

Mystice, significatur malas aquae ab bonis praesentes esse Deo, Deumque et suo templo jugiter eo intueri, sed ad dispares eventus et sortes.

INCLOSOREM. — sciilicet gemmarum. Ita S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas, Lyrinus, sciheit, qui auro vel argento gemmas includit. Alter Vatablus et Angelomus in IV Reg. xxiv : « Inclosorem, » inquit, intellige castrorum, id est castra metandi, et mumiendi, valloque includendi peritum, q. d. Omnes fabros et artifices translulit Nabuchodonosor, præseruit eos qui civitatem in star castrorum possent munire, sive usque vallum includere, ne hi rursum Judeos, si rebellarer vellet, adjuvent, ut fecerunt Philistini, lib. I Reg. cap. xii, 19.

2. CALATHUS UNUS FIGUS BONAS HABEBAT NIMIS, — q. d. Ficus unius calathi quae bona erant, erant

opifice, id est sapidissime, quia matura et præcoquæ; ficas vero alterius calathi, que erant male, erant pessimæ, id est insipidissime, quia immatura, vel quia agrestes et amare, vel quia est contracta, vel quia vento percussæ arida erant et exsiccatae, vel quia corroste a vermis, ut nauseam moverent, etc. Hoc ficas discernem agnovit Propheta, tum ex ficuum forma et specie, tum ex indicio Domini, qui forte easdem quoque ei gustandas dedit. Proprie enim bonitas vel malitia ficuum sapore et gusto discernitur. Nec obstat quod ait : « Quid tu vides ? Et dixi : Ficus, ficus bonas. » Té enim vides non excludit gustatum, tum quia visus sepe generaliter sumunt pro quovis sensu, tum quia non vides tantum significativa hasce ficas Prophete objectas fuisse, non re ipsa, sed per visionem et imaginationem, in qua parfum eas videre, parfum gustare sibi videbatur Propheta. Prior calathus transmigratum felicitatem, alter remanentium cladem significabat, ut jam dixi. Sic Homerius dicit Iovem habere duo dolia, unum felli et infelicitatis, secundum mellis et felicitatis; et nunc ex hoc, nunc ex illo hominibus propinare : citat hunc Homerius Plutarchus ad Apollonium.

Nota catacresis, « bone, » id est dulces et melice. Apposite vereque Transalpinus quidam veniens in Italianum, cum nunquam ante ficas recentes vidisset, ut primum inter alios fructus eas gustasset, bursas nelle plenas, indigitavit. Vere Passeratus in fico :

Ficus habet lacis nivis, rutilique saporem  
Mellis, et amboz similes cum nectare suos.

Tropologice, quidam apud S. Hieronymum et Glossa : Duo hi calathi sunt due civitates, una Dei, altera diaboli; secundo, sunt Christiani et Iudei; tertio, sunt electi et reprobri, sive gehenna et coenum; quarto, ut Lyranus, sunt Religiosi boni et malorum : hi enim sunt quasi in templo Domini, et terrestri paradise Dei, ut ait B. Petrus Damianus, serm. *De S. Nicola*, ut ficus et fructus coelestes proferant offerantque Deo. Hinc recte ait S. Augustinus, epist. 137, tom. II : « Sicut non inventi meliores ils qui in monasterio proficerunt, sic non detiores ils qui in monasterio defecerunt. » Ita Pelagius, Eutyches, Nestorius, Jovianianus, Luthorus, Bacerus, Petrus Martyr, fuerunt monachi; sed apostolantes facti sunt heresiarchæ. Simile de Atheniensibus, apud quos vigilant sapientia et probitas, dixit Plutarchus in *Vita Diomys*. : « Eos aut esse optimos aut pessimos, » additumque : « Si Attica prestantissimum mel, sic et extitale venenum proginet. » Notandum est, quod scribit Columella, lib. III, ficus que non maturassent nec dulcescent, ex arbore exsiliendas esse, ne arbor depravelret aut exarescat : ita a Religioni excutiendi sunt, qui genuinum ejus spiritum non suagent, calorem devotionis ejus non hauriunt, ut in perfectione maturarent et dulcescent : aliqui

enim hi ceteros insipient, et Religioni ingenua vel detrimentum vel exitum afferent. Hoc maxime in Novitis servandum est, a quibus quasi a radice pendet Religionis vel profectus, vel defectus: in his ergo vel admittendi, vel repellendi magnus adhibendus est delectus, magna cura, ut dicere solebat B. Theresia. Hi deinde maxime exercendi sunt in studio tum mortificationis, tum orationis, ut semper cogitent se versari in Religione, quasi in templo, immo quasi in celo quodam terreno (ut ait Climachus) in praesencia Dei et angelorum. Hoc est quod aureo suo documento docuit S. Petrus, ut refert S. Clemens, epist. 1 ad Jacobum fratrem Domini: « Instruebat (Petrus, ait Clemens) actus sue vita omni hora custodiens, et in omni loco Deum respicere; firmiter scire cogitationes malas cordi suoi advenientes, mox ad Christum allidere. » Rursum aplissimus et prolixissime fucus optimus sunt, qui se cum Christo disciplinae et cruce a Deo immisso sponte subdunt; pessimes sunt, qui disciplinam et crux abnunt et excusant.

Ur SOLENTE FICUS ESSE PRIMI TEMPORIS, — non veris: ver enim non dat maturas fucus. Ficus ergo primi temporis sunt, quas primo maturas proferunt, et dant arbor, et aura, putta astas; quae praeceque dicuntur, suntque dulcissimas, quia primum genite, in quas suum succum et vires profundit arbor; ita ut quasi senescens et effeta serotinas fucus det languidas, insipidas et imperfectas, ut hie in Italia cernimus et gustamus.

Pro quo nota: Duplices sunt fucus; aliae enim sunt, que dant fructus senei in anno, scilicet in septembri, tuncque proprium est fluum tempus; aliae eos dant bis quotannis, scilicet primos in Iunio, serotonis in septembri. Omnis enim fucus, dans fructus in Iunio, est bifera; dat enim secundos in septembri; sed priores junii longe meliores sunt posterioribus in septembri, et haec vocantur praeceque, et primi temporis. Aliae fucus, que tantum dant fructus in septembri, priores partem fructus dant meliores postremis. Ratio est, quia fucus cum sit calida, calorem solis exigit: unde quo calidior est sol, ut initio septembri, eo melioressunt fucus: declinante vero sole in octobri, minus torpe sunt fucus, quia minore solis ardore coquuntur. Denique siue fetas animalium primi posterioribus tam specie, quam robore, inde et prelio anteceilunt, sic fucus primi estatis posterioribus septembriis a toto genere prestant, et species, et magnitudine, et novitate, et sapore vel reali, vel apprehenso ob longam et avidam sui expectationem; unde et majori sunt in prelio, plurisque veneant.

Porro apposite justus comparatur fici bona. **Primo**, sicut fucus fructus fort dulces, ita et justus. **Secundo**, sicut fucus parum crescit in altitudine, ita justus est humilius. **Tertio**, fucus pro floribus red-

dit fructus, bisque in anno dat fructus, scilicet fucus precequas et fucus maturas; ita justus totus est in fructu bonorum operum. **Quarto**, fucus amplius foliis umbram facit: ita justus sua charitate alios juvat et protegit. **Quinto**, fucus alteri arboris inseri nequit, ob extiam suam dulcedinem quam desiderare nequit: ita justus in nullo homine, sed in solo Deo recumbit. **Sexto**, fucus decorisca arescit, et fructum non reddit: sic justus nisi legatur conversatione honesta, fructum cum proximi non facit. Ita Noster Salmeron, tom. VII, tract. 1.

Denique a fico potius quam a pyro, pomo, etc., visio hæc desumpta est, quia in Judea cerebre sunt fucus, ejusque felicitas erat sedere sub vite et fico sua, uti sepe ait Scriptura. Et aliqui putant fucus in Palestina esse primos anni fructus. Sed hoc falsum esse Romanus intellxi ex Palestinis, qui Hierosolymis nati sunt: asseruerunt enim, ibidem ante fucus produci pruna, pepones, cucumeres, etc.

**5. COGNOSCAM IN BONUM**, — favete, benefaciem, anguam bonos conservabo et fuerob eos, qui me iussu transmigrarunt in Babylonem. Sie non tantum Joachim evehit Deus in Babylonem, sed et Iacob et socios regni prefecit, aliasque Iudeos pace et bonis ditavit, Jeremias XXIX, 4. Vide hie quid faciat obedientia, etiam impis, qualis fuit Joachim et Iudei.

6. ET PONAM OCULOS MUS SUPER EOS AD PLACAN-

DUM, — ut eis me placatum et benignum exhibeam: hebrei ait, respiciam eos in bonum.

**AUDIFACIO EOS**, — stabiles eis sedes dabo, primo, in Ierusalem; secundo, in Ecclesia Christi; tertio, in Ierusalem coelesti. Assurgit enim ad Ecclesiam; unde subdit: « Erunt milii in populum, et ego ero eis in Deum. »

**8. QUI HABITANT IN TERRA EGYPTI**, — qui metu Chaldaeorum et Iudea, contra montem Ieremias, fugerunt in Egyptum, nou post mortem Godoliet, et captivitatem Sedece, sed ante sub Joachim: hi enim, ait ut Iudei manentes Hierosolymæ, a Chaldais vastati sunt.

**9. DABO EOS IN EXTRATIONEM**. — Chaldaeus in commotionem; Septuaginta: **Dabo eos in dispersionem**, q. d. Dispergam eos per omnia regna, ut tanta clade Iudeorum omnes gentes medu-  
cuntur.

**Et in PARABOLAM** (in comparationem), ut, cum quae volent diece miserum, dicant: Misericordia Iudeo, et in PROVERBIIS, — id est in fabulam, ut omnes de Iudeorum calamitate loquantur et fabulentur. Septuaginta vertunt, in odia et in maledictionem; et scilicet homines cum volent male precari alieni, dicant: Contingat illi id quod contigit Sedece regi Iuda, ejuusque familiæ et asseclis: Plaga Sedece tangat te: Sis frater et socius Sedece. Ita Vatablus, et patet Jeremias XXX, 22.

## CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**Tradidit Judæos**, et omnes gentes servituras Babylonis per septuaginta annos, post quos Babylon overebatur, unde, vers. 15, propinat eis omnibus calicem ire Dei. Deinde, vers. 30, Deum, quasi leonem in eos rugientem induxit, quo fit ut tanta pastorum populique strages, ut mortui non plangantur, nec mandentur sepultura [1].

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno quarto Joachim filii Josie regis Juda (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis). 2. Quod locutus est Jeremias propheta ad omnem populum Juda, et ad universos habitatores Jerusalem, dicens: 3. A tertio decimo anno Josie filii Ammon regis Juda usque ad diem hanc; iste tertius et vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, et locutus sum ad vos de nocte consurgens, et loquens dilucido, mittentes: et non audistis, neque inclinastis aures vestras, ut audiretis, 5. cum diceret: Revertimini unusquisque a via sua mala, et a pessimis cogitationibus vestris: et habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis, et patribus vestris, a seculo et usque in seculum. 6. Et nolite ire post deos alienos, ut serviatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestiarum, in malum vestrum. 8. Propterea hac dicit Dominus exercitum: Pro eo quod non audistis verba mea: 9. ecce ego mittam, et assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum: et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes, que in circuitu illius sunt; et interficiam eos, et ponam eos in stuporem et in silulum, et in solitudines sempiternas. 10. Per dampnum ex eis vocem gaudii, et vocem latitiae, vocem sponsi, et vocem sponsa, vocem mole, et lumen lucerne. 11. Et erit universa terra hæc in solitudinem, et in stuporem; et servient

(1) A cap. xxv ad xxvi, sequuntur tres sermones post capitulum primam habent. Qui hoc capitulo continetur sermo anno quarti Joachimi, qui ipse esset Nabuchodonosor annus primus, habitus dicitur vers. 1.

Pando, in argumento dictions. Propheta, primo, accusat diuinationem Iudorum resistit contra aliorumque prophetarum monita, 9-7; secundo, communiat imminentem Iudei iusticiam ac futilis acerbissima castigationem, et Septuaginta annorum captivitatem, 8-12; tertio, adulti societates etiam contra castigationes hujus ministerios admonitiones, 13, 14.

Sixtus, pro conclusione utra dicam, **actionis**, primo, presicet. Deus accepit poculum furoris proponendum gentium omnibus, 15, 16; secundo, exequatur Propheta praeceptum, universis indicatis et speciem recensit populis, 17-26; tertio, intruderit idem, quid facere at dicere conueniat, et tributa penderet (IV Reg. xxix, 1). Eo tempore illa tantummodo que inde a vers. 3 hujus capituli usque ad vers. 11 (hunc inclusu) legatur, a vate pronuntiata crediderint, reliqua tum denunciant adiuta, cum omnia Jeremias vaticinata in hoc quo nunc nilmir, volumen o Mata essent. Eichornius (*die Bibl. Prophetar.*, part. II, pag. 116), hanc pericopam post expugnatam Hierosolymam consignatam esse eo consilio cessat, ut syntagma vaticiniorum contra gentes, cap. XXVI usque ad 11, prefationis loco praemitteretur, hoc potissimum ratione ductus, quod vers. 15 et seqq. enumerantur populi de quibus penas sumere Jova decrevit.

Tasius, pro conclusione utriusque, primo, injecta terrorum stupendum, 30, 31; secundo, decorum stragem horrendam, 32-35; tertio, describit lactam funestum, 36-38. Quod tempus que hunc sermonem habuerit Jeremias, hoc tota Rosemiller: Eum, inquit, tunc ita, ut nomine Iudeorum non fuisse habitum, arguitum illud, quod que vers. 12, leguntur de libro, in quo Jeremias suam in gen-

omnes gentes istar regi Babylonis septuaginta annis. 12. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniuritatem eorum, et super terram Chaldaeorum : et ponam illam in solitudines sempiternas. 13. Et adducam super terram illam omnia verba mea, quae locutus sum contra eam, omnia quod scriptum est in libro isto, quacumque prophetavit Jeremias adversum omnes gentes. 14. Quia servierunt eis, eum essent gentes multæ, et reges magni : et reddam eis secundum opera eorum, et secundum facta manuum suarum. 15. Quia sic dicit Dominus exercitum Deus Israël: Sume calicem vini furoris hujus de manu mea : et propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. 16. Et bibent, et turbabuntur, et insaniant a facie gladii, quem ego mittam inter eos. 17. Et accepi calicem de manu Domini, et propinavi cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus : 18. Jerusalem, et civitatibus Iuda, et regibus ejus, et principibus ejus : ut darem eos in solitudinem, et in stuporem, et in sibilum, et in maleditionem, si- cut est dies ista : 19. Pharaoni regi Egypti, et servis ejus, et principibus ejus, et omni populo ejus, 20. et universi generaliter: cunctis regibus Aegyptiis, et cunctis regibus terra Philistina, et Ascaloni, et Gaza, et Accaron, et reliquis Azoti; 21. et Idumææ, et Moab, et filii Ammon : 22. et cunctis regibus Tyri, et universi regibus Sidonis : et regibus terra insularum, qui sunt trans mare : 23. et Dedan, et Thēma, et Buz, et universi qui attoniti sunt in comam : 24. et cunctis regibus Arabiae, et cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto : 25. et cunctis regibus Zambri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum : 26. cunctis quoque regibus Aquilonis de prope et de longe, unicuique contra fratrem suum : et omnibus regnis terra, que super faciem ejus sunt : et rex Sesach habet post eos. 27. Et dices ad eos: Haec dicit Dominus exercitum Deus Israël: Bibite, et inebriamini, et vomite: et cadite, neque surgaatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos. 28. Cumque noluerint accipere calicem de manu tuis ut bibant, dices ad eos: Haec dicit Dominus exercitum: Bibentes bibitis: 29. quia ecce in civitate, in qua invocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, et vos quasi innocentes et immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voce super omnes habitatores terre, dicit Dominus exercitum. 30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba haec, et dices ad illos: Dominus ex celso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorum suum: celeuma quasi calcaratum concinet adversus omnes habitatores terra. 31. Pervenit sonitus usque ad extreme terre, quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios trahidi gladio, dicit Dominus. 32. Haec dicit Dominus exercitum: Ecce afflictio egredietur de gente in gente, et turbo magnus egredietur a summitatibus terre. 33. Et erunt interficii Domini in die illa, a summo terra usque ad summum ejus: non plangentur, et non coligentur, neque sepielentur: in sterquilinum super faciem terra Jacobum. 34. Ululate, pastores, et clamate: et aspergitis vos cinere, optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini; et dissipationes vestre, et cadetis quasi vasa pretiosa. 35. Et peribit fuga a posteribus, et salvatio ab optimatibus gregis. 36. Vox clamoris pastorum, et titulatus optimatus gregis: quia vastavit Dominus pascha eorum. 37. Et conticuerunt arva pacis a facie ira furoris Domini. 38. Dereliquerunt quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem a facie ire columbae, et a facie ire furoris Domini.

3. TERTIO DECOLO ANNO JOSIE. — Illo enim cecepit propheta Jeremias; inde ad hunc annum quartum Joakim fixerunt jam 23 anni (1).

(1) Nam 31 annis regnavit Josias (IV Reg. xiii, 1). Sub hoc vaticinatus est Jeremias 18 vel 19 annos (nam anno eius decimo tertio vaticinari cepit, supra i, 1); his additum tres menses Joachasi (IV Reg. xiii, 31), et quatuor an-

LOCUTUS SUM AD VOS DE NOCTE CONSURGENS. — Pro Je nocte, Hebreus, Chaldaeus et Septuaginta habent « mane », seu « diluculo », q. d. Tempestive, sum-

nos Joakimi, sunt ipsi 23 anni, per quos nullo labore et se et socios abstinuisse, ait Jeremias, ut ad modicum frugem populum reduceret. (Rosenmüller.)

ma cura, diligentia et sollicitudine, quovis tempore, etiam si opus esset noctu, non desisti vos quasi bonus pastor monere et urgere.

6. IN OPERCIS MANUUM VESTRAVM, — in idolis: hec enim sunt opera quae fecisti, et confasti manibus vestris.

9. ECCE EGO MITTAM, ET ASSUMAM UNIVERSAS COGNITIONES AQUILONIS. — Cognationes, id est tribus et populis, habitantes ad aquilonem respectu Judeæ, puta Chaldaeos, eorumque vicinos et subditos. Populi enim vicini invicem cognati sunt; descendunt enim ab eodem patriarcha, aut ab eius fratre, qui in divisione gentium in Babel, vicinam fratri regionem elegit et incoluit. Perinde ac etiamnum vicinæ gentes facile conuicia et cognitiones contrahunt. Porro in *re mitam* Dionysius intelligit angelos malos; S. Hieronymus angelos bonos, qui suscitent aquilones Chaldaeos ea exordium impia Judeæ. Verum simplicius hec jungat, q. d. Mitam cognitiones aquilonis, easque a suscipiunt milii in milles, ut vindictam meanam in Iudeis peragant.

NAMICEDONOSOR SVAVUM MEUM. — Vocat eum servum, » id est fieri rem et executorem justæ sue vindictæ. Perpera ergo hinc iuxta Calvinum, » Iam esse auctorem, et perum malorum, v. g. tyrannus: sic enim peccati esset auctor. Serviant ideo tyranos, omnesque male voluntates: qui corrum tyrannus et malitia (quam non Deus, ed ipsi ponunt) jam posita et praevisa. Deus igitur, eamque ordinat ad justam aliorum impiorum castigationem, ut docent S. Augustinus, S. Thomas et passim Theologi.

MORALITATIS DISCE HIC NOS TRADI TYRANNIS ET MELLIS REGIBUS: ac Praetali ob nostra peccata. Hoc est enim quod ad Job, cap. xxxiv, 30: » Qui regnat in hominum hypocritam proper peccata populi. » Et Iacob, cap. iii, vers. 4: » Et dabo peccatis principes eorum; et effeminati dominabitur eis. » Audi duo illustria exempla que referat Anastasius Nicetus in *Quest. S. Script. Quest. X*:

« Cum Phocas, inquit, Imperator per Bonosum historum eas faciat sanguinis effusiones, quidam monachus sanctus Deo in oratione dixit: Domine, eur eum fecisti Imperatorem? atque vox ad eum venit a Deo, dicens: Quoniam non inventi pejorem. Fuit etiam quendam civitas in Thebæa secedens, in qua vir quidam pernicioseissimus simulacrum factus est monachus. Accidit ergo ut decederet Episcopus civitatis: cuiusdam autem viro apparuit angelus dicens: Fas ut civitas Episcopum eligat eum peregrinum, qui illuc habbit. Aliiens ergo fecit quod Iesus fuerat. Illo autem juri ob episcopatum intumescente, angelus dixit ei: Cui superbi, et magnifice tibi places, o infelix? revera non tamquam dignus sacerdotio factus es Episcopus, sed quia haec civitas tali digna erat Episcopo. »

PONAM OS, etc., IN SOLITUDES SEMPERIERNAS. — id est diuinas, scilicet per septuaginta annos expeditas Babylonice. Sic sepe in Scriptura

eternum per hyperbolam significat longum tempus, esto fluitum, aut potius finiendum.

10. PERDANQUE, etc., VOCE NOLE, — strepitum molis et molentium. Solebant enim in Iudea (uti etiamnum in Africa, et alibi ubi deest aqua et ventus) esse molæ domesticæ, quas pueri hinc manibus vertebant, intermixte cantillabant, ut tudum et laborent levarent; hinc ait Christus Matth. cap. xxiv, 41: Erunt duæ molentes in mola: una assumetur, et una relinquetur. • Vox ergo molæ, est hic puellarum molentium cantus, q. d. Non erunt qui vel que molant frumenta, et inter molendum cantent, ut antea solebant.

ET LUX LUCERNÆ. — Lucernarum usus erat in convivis, nupliis et festis: item in officiis magistrorum urbium ad operandum aut vendendum suas merces vesperas, q. d. Auferam omne gaudium conviviorum, nupliarum, festorum, operarum et mercium a Jerusalem, camque evertam.

Probabiliter Sanchez haec omnia referit ad nuptiale plausum et leuitam: illam enim hic assumi quasi typum et exemplar ingentis gaudii. In nuptiis ergo erant haec quatuor. *Primo*, vox et cantus sponsi et sponsae, quasi epithalamium, ut patet ex *Cant. Secundo*, erant lucerne, id est faces et tada, quæ sponsis, eorumque asselis (noctu enim celebrabantur nuptiae) preluerent. *Tertio*, rex vox gaudi et latitu, puta vox musicorum et ore, et testudine, violi, *Quarto*, instrumentis mirò concentu concinnatum. *Quarto*, erat vox moia, id est cantus puellarum molentium, et ex farina molita phæcentas, alique dictatoria vero nupcialia cena parantibus et coquentibus. Sic ipsa lucerne in nupliis omnes et omni personabant Hymeneo plausu. Omnes enim novis sponsis feliciter apparet inelutabant et ingeminabant: « Veni, o Hymene, veni, o Hymene! »

Prior tamen sensus planior et generatior est; unde Apol. xviii, 22, ubi hec in excidio Babylonis citantur et iterantur; additur: « Et omnis artus omnis artis non inventetur in te amplius. »

11. ET SERVENT OMNES GENTES ISLE REGI BABYLONIS SEPTUAGINTA ANNIS. — id est usque ad annum septuagintum capititalis Babylonie: quedam enim gentes 50, aliae 60, aliae ut Judei (de quibus proprio hie agitur) 70 annis servierunt Chaldaeos: de quo plura cap. xxvii, vers. 7, et cap. xxix, 10. Simile est Exod. xii, 40, ubi Hebrew dicuntur habentes in Egypto 430 annis, non quod omnibus illis annis ibi haberentur; sed quod ibi habiverint usque ad annum 430, computandum scilicet a vocatione et egressu Abraham ex Chaldea in terram Chanaan, Genes. xi, 1. Simile quoque est *Judith* cap. xvi, 28, ubi Judith dicitur mansisse in domo viri sui annos 105, id est usque ad annum etatis sue 105; nec enim post mortem viri mansit annos 105, sic enim ipsa vixisset 130 annis. Additum etiam non esse in Hebreo (1).

(1) De ratione computandi hæc annos et hebrei et

13. QUECUMQUE PROPHETAVIT JEREMIAS ADVERSUS OMNES GENTES. — q. d. Omnia gentium excedia reflectam et convertiam in ipsam Babylonem, ut quia mensura mensa est ipsa alii gentibus, eaque vastavit, eadem remetatur ei.

14. QUA SERVIRUNT EIS. — scilicet Chaldeis, quos dominavit vers. 12, q. d. Quia Chaldei superbe servire fecerunt Iudeos, et alias gentes, ac regos multos et potentes; hinc juste eos puniam, ut et

